



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Collegivm Omnivm Sanctorvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

DE CANONICORVM  
COLLEGIVM CANONICO RVM  
S. Thomæ.

**S**Thomæ collegij (fuit prius monasterium Scotorum, ex primis etiam urbis sacris ædibus) auctor incertus est, nisi quod D. *Florentio* tertio Episcopo tribuitur, qui in eo quoque primò sepultus. Restituerunt collapsum *Adelocus*, incendio consumptū *Guilhelmus* successores Episcopi. Certè D. *Thomam* è primis XII. Germaniæ fuisse apostolum & Hieronymus testis atque Sophronius, & ante utrumque vetustissimus Christi Martyr Dositheus. Vnde & in antiquissima illa Græco-latina Litania Germanis inferoribus maximè ad ostia Rheni etiam nunc usitata, proximum statim à D. Petro & Paulo, locum D. Thomas obtinet, ut non immerito post illos primas ipse veteres Christiani consecrauerint ædes Argentorati, Ulraiecti & alibi.

COLLEGIVM CANONICORVM S. PETRI  
Iunioris.

**C**ollegiū Canonicorū D. Petri iunioris an. 1031. fuit idē *Guilhelmus* Episc. Hethelo adauxit, cum prius ibidem esset facellum D. Columbae.

COLLEGIVM OMNIVM SANCTORVM.

**O**mniū Sanctorum collegium auctore habet *Henricum à Mulnheim* Equitem: qui posteri multa addiderunt. Præter

Præter has quatuor collegias Ecclesiæ,  
erant in vrbe Argentinensi totidem Parochiæ  
*S. Aureliae, S. Andreae, S. Martini, & S. Nicolai.*  
Ita Franciscus Guillimannus lib. de Episcopis  
Argentinensibus, cap. 9.

## CAPUT XII.

**S.** SERVATII COLLEGIVM TRA-  
iectense ad Mosam in d. Leodiensi.

**S**eruatus Tungrorum Episcopus, eo tempore quo Hunni Germaniam vastabant, ne ciuitatis atque Ecclesiæ suæ vide-ret excidium, Domini reuelatione commo-nitus, transiit ad vicum Traiectensiū, ibi q; de-functus & sepultus est. Ob cuius meritū omni-bus demonstrandū, cùm tempore hiemis om-nia in circuitu nix repleret, nunquam sepul-chrum eius operuit, donec industria ciuium Basilica supra ipsum ædificata est à successore eius *S. Monulpho*, qui octauus ab eo inter Epif-copos Traiectenses recensetur.

Fuit autem, ut Gregorius Turonensis Epis-copus scribit, vir eximiæ Sanctitatis, qui vigilijs ac ieunijs vacans, crebrò lacrymarum im-bre perfusus, misericordiam Domini preca-batur, ne vnquam Hunnorum gentem incre-dulam in Gallias venire permitteret. Sed sen-tiens per spiritum, pro delictis populi hoc si-bi non fuisse concessum, Romam iuit ad B.  
Petri